Decretum Commissariorum de bonis Civitatis Crac. disponendis et locandis per Regiam Maiestatem approbatum.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniae etc. nec non Transilvaniae.

Significamus tenore praesentium quibus expedit universis et singulis Quod postea quam multis nominibus exploratum haberemus fundos et proventus publicos Civitatis nostrae Crac. non sine insigni iactura Civitatis esse districtos atque variis in personibus oneratos et vix non alienatos faciendum esse nobis existimavimus Ut in eam rem Commissarios nostros infrascriptos daremus qui et praeteritos eiusmodi errores corrigant et in posterum de locandis et conducendis fundis et proventibus eiusmodi cum commodo Civitatis quanto fieri posset modo ordinem aliquam perpetuam faciant. Qui quidem Commissarii nostri facta diligenti inquisitione de fundis et proventibus Civilibus accersito ad se Magistratu Civili Crac. eam ordinem fecerunt atque nobis in praesentia Magistratus Civilis scripto obtulerunt in eum qui sequitur tenorem Albertus Baranowski Dei gratia Episcopus Premislien. Regni Poloniae vicecancellarius Jacobus Penetzowski Brześcien. Nicolaus Firley de Dambrowicza Biecen. Castellanus Regni Refferendarius et Capitaneus Casimirien. Sigismundus Gutteter Joannes Waxman Consules et Martinus Fishauser Senior Scabinus Crac. Commissarii a Sacra R. Mte ad infrascripta dati et deputati Significamus praesentibus quibus expedit Universis et singulis iniunctum et commissum nobis fuisse a Sacra R. Mte Dno Dno nobis clementissimo specialibus eiusdem Magestatis Regiae literis ut primo quoque oportuno tempore Crac. conveniremus vocatisque ad se tam magistratu Civili quam fundorum bonorum et proventuum Civilium possessoribus omnes illorum titulos et inscriptiones examinaremus illasque quae in minorem quam fieri posset Civitatis utilitatem facta essent antiquaremus et invalidas omnino pronunciaremus tum et in posterum modum locandorum et distribuendorum eiusmodi fundorum et proventuum cum bono Civitat. Crac. institueremus Nos itaque Commissarii praefati satisfacientes per omnia voluntati Sacrae R. Mtis Dni Dni nostri clementissimi in locum certum convenimus accersitoque Magistratu Consulari Civitatis Crac. qui etiam iuxta speciale Mandatum Sacrae R. Mtis ante aliquod dies eam voluntatem suae Mtis possessoribus fundorum et quorumvis bonorum atque proventuum Civitatis significavit eisque ut sese nobis cum Juribus suis praesentarent pulsu campanae signum dedit. Primum et ante omnia Jurisdictionem nostram Commissarialem fundavimus eamque voce Mtis Regiae Officialis Provincialis Laurentii Skorzewski publicari curavimus Magistratuique Civit. de Juribus et Privilegiis suis protestanti respondimus et Sacrae R. Mti Dno Dno nostro clementissimo et nobis ipsis nihil esse antiquius quam ut Privilegia et Jura Civitatis sarta tecta maneant praesentemque inquisitionem non in alium scopum esse a Sacra Mte Regia institutam quam ut eisdem Juribus et Privilegiis Civitatis per omnia et in omnia satisfiat

Si enim principium inest et subditi non tantum quiete viuant sed etiam quilibet re
sua vtatur bene multo magis interesse Suae Mtis Regiae vt id quod Civitas Cracovien
ab antecessoribus Suae Mtis accepit suo loco consistat et fine debito non fraudetur cum
non in alium finem id factum sit quam propter bonum vtile et decorum ipsius Reipub.
Civitatis Crac. Itaque sic Jura et Privilegia Civitatis Crac. extra omne periculum
esse. Quapropter iniunximus eidem Magistratui vt ad constituen. id quod ex re ipsius
Civitatis futurum esset non morentur. Tandemque examinatis oibus rebus et Re:
gestris Civilibus consideratisque privatorum instrumentis et inscriptionibus quorum vigo:
re fundos et proventus Reipub. Civilis possident et de praeteritis Judicium et de

Ordinatio Commissariorum in disponendis bonis Civilibus

futuris ordinem fecimus et constituimus in hunc qui sequitur modum. Primo quod
attinet Proventus Civitatis perpetuos et ordinarios vt sunt Census terrest. et reem:
ptionales eos vigore Commissionis Sacrae R. Mtis immotos in suo robore relinquimus
Siquidem ita ex primaevis contractibus fixi sunt vt moveri vel augeri sine cuiusque
praeiudicio non possint. Deinde quod attinet alios Census et Proventus Civitatis mo:
biles quam habemus in dispone quaestorum seu Zengerorum Civilium fuerunt constituti
atque varijs inscriptionibus partim ad vitam, partim ad certos annos privatis Ci:
vibus, et alijs personis inscripti; Cuius generis sunt Cellaria, pensae ambae, praedia,
Conflatorium argent., Balnea, Pannitonsoria Civitatis, Institae Opulentae Civitatis
propriae, et Census Civitatis communes, Stabulum, et alia huiusmodi Considerato di:

Decretum Sigismundi Regis inter Comunitatem et Magistratum Crac.

ligenter decreto Divi olim Sigismundi Regis int. communitatem et Consulatum Crac.
lato, Cuius vigore quaestores dispositionem perpetuam eorum omnium ad se pertinere
existimabant, comperimus decretum praedictum non nisi ad loca inutilia et deserta
nec non piscinas, agros, prata, hortos referri posse; Ideoque inscriptiones eorundem quae:
storum si quas moderni possores ab eis super loco eiusmodi inutilia et deserta piscinas
agros prata hortos acceperunt Juxta contenta eiusmodi inscriptionis referuntur. Elapso
vero tempore in inscriptionibus eiusmodi praefixo nihilominus ea quoque bona ordini in:
frascripto subiaceant. Alias vero inscriptiones omnes quae super fundos non desertos eti:
am tum cum inscriberentur aedificatos emolumentum adferen. atque extra piscinas agros
prata hortos constitutos factae sunt tanquam intra praescriptam decreto praefato
facultatem et cum minori quam fieri potuit Civitatis vtilitate datis. Etiam si quis
confirmationem hoc noe apud Sacram Regiam Mtem impetraverit, authoritate eiusque Sacrae

Privilegium in gravamen Civitatis impetratum non valet.

Regiae Mtis sustulimus antiquavimusque cassavimus et abrogavimus. In posterum ve:
ro viso et considerato Senatus consulto eodem nomine per Magistratum recens fa:
cto Rerum locandorum eiusmodi fundorum bonorum et proventuum Civilium praefatorum
modum instituimus vt possores eidem moderni a festo S. Michaelis proximi futuro ad
integri Anni decursum in pacifica eius quod in scriptum habet possone permaneant
sed in ipso Anni praefato decursu debebit ac tenebitur Magistratus Civilis ali:
quot septimanis ante, sive in congressibus publ. sive per proclama, omnes eiusmodi
fundos Institas, et alia id genus pro vacuis publicare, eique promittere, qui maiorem
Censum Civitati offeret; atque ita fundos eiusmodi et proventus cuiuscunque fuerint gene:
ris sive ex Consulibus sive etiam ex alijs quibusvis Civibus vtriusque sexus et qui
plus obtulerit (habita tn. rone honestatis et certitudinis personarum) ad duos tres
quatuor vel ad maximum ad quinque annos locare et inscribere; In expirone aut
eiusmodi loconis iterum illud quod inscriptum erat aliquot septimanis an. publicabitur
et ita si quis ex praedictorum Civium maiorem Censum Civitati obtulerit illi inscriba:
tur; Potior tn. erit primus possor qui censum institutum singulis annis exsolverit
et sese bene conservaverit gesseritque, cuius arendatum finem accipit cum Censum
quem alter Civium maximum offert sive etiam maiorem suscipere et ita in ea:
dem possone ad aliud quinquennium permanere; Porro huius oes inscriptiones et lo:
cones no soli quaestores sed Magistratus Civilis Crac. pleno numero (vt ad

Bene meritis de Civitate non potest Magistratus Civilis fundos quam inscribere sine scitu Regis.

minimum tredecim iuxta Jura et Privilegia Divi Sigismundi primi) congregatus
faciat ac instituat; Si etiam aliquis tantum de Civitate in publicis peragendis
negotijs meruerit vt in provisione aliqua vel adiutali bonorum aliquorum Civi:
lium immobilium inscriptione dignus videretur hoc facere quidem Magistratus
Consularis poterit sed non sine scitu et consensu Sacrae Mtis Regiae. Postremo

quod attinet antiquos proventus Civitatis ut sunt pontalium Quallorum Pernariorum exactiones nigra Sigma Geschrotgelt Quatezol a panno Kergelt, Strowe Piscium et alia eiusmodi eos iuxta antiquam consuetudinem in suo robore relinquimus Ita tamen ut si etiam isti proventus cum commodo Civitatis alicui Consulum vel Civium locari seu arendari possint vel aliquando poterint; Magistratus hic Consularis pro fide qua Sacrae Regiae Maiestati et Reipub. Civili obstrictus est faciat. Quae ordinatio nostra ut ad notitiam Civium quorum interest deveniat neve aliquis posthac ignorantiam pretendat aut etiam successu temporis oblivioni tradatur eidem Magistratui iniunximus ut eam Actis et Civilibus et Castren. inseri et quamprimum voce praeconis publicari et si opus fuerit valvis etiam Praetorii fideliter descriptum affigi curet. Actum Crac. Die 12 Mensis Septembris Anno Domini 1 5 8 5 Quam ordinationem et decreti Commissariorum nostrorum praefatorum nos approbavimus in omnibus eius punctis clausulis et articulis confirmavimus Quemadmodum approbamus et confirmamus praesentibus, Mandantes Magistratui Consulari Civili ut illam cum nobis parenti ut eam in omnibus perpetuo observet ac manu teneat; quod ut commodius praestari atque praemissa omnia facilius exequi possit eundem Generosum Nicolaum Firlej de Dambrowica Castell. Biecen. tanquam eiusdem negotii Commissarium una cum Generoso Nicolao Zebrzydowski de Zebrzydowice adiecimus Consulatui Crac. qui post decursum Anni praefati in Praetorium descendent exequutionemque praemissorum ibidem attendent ordinationemque praesentem in usum et effectum debitum cum Consulatu introducent.

Senatus consultum Crac. consilium. Actum Feria quarta ante festum Exaltationis S. Crucis proxima. Anno Domini 1 5 8 5.

Spectabiles Domini Proconsul et Consules Civitatis Crac. die hodierna legittime per scedulas in Praetorio Crac. convocati et iuxta S. R. Maiestatis Domini Domini nostri clementissimi Datum Privilegium pleno numero congregati Cupientes pro debito officii sui authoritate dignitateque commendari, debite prospicere omnemque occasionem bona Civilia alienande incipere unanimi voto id sententia concluserunt firmiter et observare volentes Ne a modo et deinceps perpetuis temporibus cuique dominorum tam Proconsulatus officium gerenti quam etiam dominis Civitatis praefectis seu administratoribus fas liberumque esse debeat. Cum uno et altero dominorum sibi assidentium illa in sede actis inferendas demandare quibus bona seu fundi Civitatis tam ad vitam alicuius quam perpetuo titulo alienari possint Sed quandocunque bona aliqua Civitatis sive processum sive decessum alicuius vacare contigerit Domini Consules per scedulas ad id convocari debebunt ibidemque pleno numero congregati omnibus expectativis si quae per errorem concederentur integrum viribus bona Civitatis vacantia non nisi per arendam non autem perpetuae possessionis aut adiutilitatis titulo ad quatuor vel quinque annorum decursum alicui inscribere vel locare poterunt aut debebunt Ex censu quanti fieri poterit maximo Civitati inde solvendo; Quod si non, possessor bonorum Civilium uti supra dictum est per modum Arendae ad certos annos sibi inscriptorum amplius usum habere voluerit tunc semestre ante expirationem meteranis idipsum Dominis Consulibus denunciare debebit. Qui quidem pleno numero congregati eadem si arendator bene sese gesserit eius non bona Civilia ipsi inscribere, et alii alios certos locare poterunt Censumque si fieri poterit augere.

Caeterum iidem Domini Consules considerantes quae et quanta incommoda Reipub. subsequantur propter intempestivam reddendarum rationum consuetudinem Unanimi voto concluserunt quod nunc rationis administrationis Civilis de omnibus redditibus et proventibus Civitatis perceptis et expositis singulis anni semestribus usque pro die ultima Iunii Coram dominis Consulibus fieri debeat neque in ulterius tempus unquam differri. Deinde ut eadem ratio omnium proventuum et redditituum Civitatis eiusdem anni coram Communitate Civitatis in Praetorio Crac. circa annum cuiusvis reddatur et fiat omnibus ulterioribus quibusvis exceptionibus et dilationibus remotis; Ad revidenda vero debita rimentia Civitatis si quae fuerint (quod in omnino cauti et vitare debet) singulis annis deputabuntur duo ex medio D. Consulum Certo ipsis salario assignato qui ea repetere et emovere tenebunt.

De locand. bonis Civitatis Crac. ad quinquennium.

Tempus reddend. rationis Exponentib. Civitatis Crac. in annali spacio